

Zwickaviensi vel perpetuo vicario ibidem investituram suam recipiet et eidem faciet obedienciam manualementem. In premissis confirmacionis testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXXII<sup>o</sup> in crastino assumptionis beate virginis, pontificatus nostri anno septi|mo decimo. Testes sunt honorabiles viri domini Wernherus decanus, Conradus scolasticus Cycensis, Theodericus de Bennendorf prepositus in Ysenberg, Nycolaus Zcakan, Conradus Yauren, H[ermannus] de Lichtenstein, Heinricus Ribestein, Nycolaus dictus Cycer consules et cives Zwickavienses et plures alii fide digni.

a) vexerit (B) b) devolverent (B)

**80.** *Bürgermeister und Rat zu Zwickau treffen in Anwesenheit und mit Zustimmung des Propstes zu Eisenberg Regelungen bezüglich der Stiftungen zu Gunsten des Maria-Magdalenenaltars in der Katharinenkirche zu Zwickau durch den Priester Lutold und den Pfarrvikar Heinrich Wegehaupt, die durch die Zustiftung des Heinrich Günther erweitert werden.*

1332 August 16

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx<sup>1</sup> 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 13r<sup>(Sp. 1)</sup>–13v<sup>(Sp. 1)</sup> (14. Jh.) (B). — Edition: Herzog, Chronik II, S. 881 f., Nr. 17, (vgl. ebd. II, S. 62). — Regest: Regesten Eisenberg, S. 349, Nr. 96. — Anm.: Vgl. Nr. 78, 79. — Zur Sache: Kahleß, Bürger und Kirche, S. 610 f.*

In nomine domini amen. Nos Nycolaus dictus Zchakan magister consulum et consules civitatis Zwickouwe Nycolaus Krossener, Nycolaus Zciceri, Johannes Kurzewile, Heinricus Ribestein, Hermannus Lichtenstein, Conradus Grus, Felcwinus Hildebrandi, Johannes Storche, Theodricus Reinherstorf, Johannes Zcherer et Conradus Wetirhane omnibus in perpetuum. Cunctorum perit memoria factorum, nisi testibus veridicis et scriptis publicis<sup>a)</sup> fuerit perhennata. Unde pensantes summum bonum, quo adepti quis non queat ulterius desiderare, apud universos et singulos presentes et futuros huius scripti inspectores et auditores recognoscimus publice protestantes, quod in presencia domini Theoderici<sup>b)</sup> prepositi sanctimonialium in Ysenberg et de eiusdem prepositi bona et libera voluntate ac nostra prehabita aliorumque nostrorum concivium cum consensu et consilio inspecta ultima bona voluntate domini Ludtoldi pie memorie suum testamentum sic terminatum diffinitum et dispositum est, quod ad missam in altari constructo in honorem sancte Marie Magdalene in ecclesia sancte Katherine site in nostra civitate omnibus diebus circa horam primam celebrandam et tenendam duas marcas annui census pie deputatas et donatas per ipsum dominum Ludtoldum, videlicet unam de stupa balneari intra civitatem sita, cuius stupe possessor dans eundem censum, quicumque est vel fuerit, unum balneum singulis annis facere debet eternaliter pro domini Ludtoldi anniversario supra dicti et secundam de orto ante falfam superiorem civitatis in fine ortorum propinquius circa Muldam sito singulis annis perpetue dandas una cum orto claustrali vicinius apud iam dictum ortum sito, quem dominus Heinricus filius Jacobi dicti Guntheri in adiutorium perfeccionis ipsius